

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

7 Martii. Nonis Mart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

252 ANNI CÆLESTIS  
letæ linguam solvisti: ô, esto gubernatrix lingua mea; ut cum Deo, &  
cum hominibus, ita loquatur, ut I. Deum  
vult!

7 Martii. Nonis Mart.

S. Thoma, Theologe Angelice,  
qui, ubi fœminam ardenti titi-  
tione è conclavi expulisti, de carne  
victor, ante Crucem flexis genibus  
orans, per quietem ab Angelis tibi  
constringi lumbos sensisti, & omni  
postea semper carnis molestia ca-  
ruisti: quem è cælo visens Roma-  
nus, tuus olim socius, dixit, se in  
purgatorio, negligentia cujusdam  
pœnas dedisse per quindecim dies:  
rogatus à te, de visione beatâ, re-  
spondit; *Sicut audivimus, sic vide-  
mus in civitate domini virtutum.* Tu  
nunquam te studio prius, quam  
oratione præmissâ, dedisti; & à  
Crucifixo audisti: *Bene scripsisti  
me, Thoma; quam ergo mercedem at-  
cipies?* & respondisti: *Non aliam,  
Domine, nisi te ipsum.* Tu ecstasibus  
admirabilis, lectioni sanctæ ad-  
dictissimus, divinitus in multis e-  
doctus, Sancti Petri, & Pauli, alio-  
rumque apparitionibus felix, à so-  
nore brevi te ad gloriam æternitatis  
evocan-

evocandum, intellexisti; & post mortem sanctam, cum Angelis, & Alberto, magistro tuo, coram throno Divinæ majestatis, à B. Mathilde, Cisterciensi Virgine, conspectus es; ac postmodum, ob puram in omnibus intentionem, stellato pectore apparuisti gloriosus. Impetra, quæso, stellam hanc cordi meo: ora pro corde meo; ut ne sinat illud JESUS, & MARIA, ne sinant illud Angeli, ullo unquam crimine maculari: sed sit ad JESU Crucifixi, & MARIAE, gloriam vita mea, mors mea, æternitas mea. Amen.

S. Perpetua M. quæ per quietem, angustam & auream scalam, in cælum usque porrectam, vidisti, plenam hinc atque inde cultris & gladiis, sub quâ draco jacebat, formidabilis ascensuris; quem tamen n̄ timerent, S. Satyrus puer, mox Martyr, scalam conscendens, socios hortabatur; cum quo tu, vaccæ, ac leoni deinde objecta, pro Christo extrucidata, cùm, ad Christum negandum, te nec parentis, nec conjugis, nec lactentis tui parvuli, lacrymæ permovissent. Juva me, ut per auream patientiæ scalam cælos conscendam.

S. Felicitas M. cum Revocato  
P. fratre

254 ANNI CÆLESTIS

fratre tuo, à leopardo occisa.

Sancti Secundole, & Saturnine,  
MM. à leopardo illæsi.

S. Paule simplex, cuius obediens  
& sancta oratio à Deo plura, quam  
tuus magister, S. Antonius, mira-  
cula impetrabat: qui probos, cum  
lætis Angelis, eorum custodibus,  
ad sacram synaxim cuntes vidisti;  
unum verò improbum custos An-  
gelus mœstus sequebatur, dæmo-  
nibus illum, fræno in os injecto,  
regentibus. & pro illo orans, illum  
deinde candidum vidisti, ac faten-  
tem, se tunc carnis scelere fuisse  
fœ datum, sed in templo conver-  
sum, ad verba illa, istic audita: *La-  
vamini, mundiestote!* Lava corre-  
um; ut sit mundum, & charum deo,  
ac Angelis ejus.

S. Eusebi, à leonibus laniate,  
gladio trucidate.

B. Frederice, Horti S. MARIA,  
pro pauperibus, Fundator, qui ca-  
stitatis tuæ fideles Præsides, MA-  
RIAM, Joannem, & Cæciliam, e-  
legisti; Beatissimæ Virgini cultu  
solido, teneroque, ad miracula  
usque, amabilis; & post mortem,  
odoribus, & miraculis glorio-  
fus.

Sancti Théophile, & Paule, E-  
piscopi,

piscopi, ob cultum sanctorum imaginum exules.

S. Gaudiose Episc.

S. Equiti, cui Angeli omnem libidinis sensum abstulerunt : qui dæmonem è moniali , quam ob comedam , nec signatam Cruce, lactucam, obsfederat, fugasti ; cuius linguam custos Angelus ferro texit , ut jam de Deo tacere non posses.

S. Anna, cuius facellum cùm in Becenno Galliæ campo restaurari vellet Deus , super locum , è quo posteà imago tua hoc die effossa est, splendidum hac nocte lumen apparuit. quod cùm alii viderent, duo ex iis, qui aderant, non videbunt ; fali deinde, se sibi peccati mortalis conscos tunc fuisse. Imperata cordi meo divinæ gratiæ , ac amoris ignem , & lumen.

OMNES SANCTI , &c.

pag. 44.

S. MARIA, cuius Salutationem insans, hodiernus Thomas Angelicus, in chartulâ devoravit ; ope tuâ factus Angelicus moribus, & doctrinâ. Esto præses puritatis meæ, ingenii, voluntatis!